UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

135. Eucharistiæ institutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
			Non de omnibus vobis dico : ego ſ quos elegerim. Sed vt adimpleatur ſ ptura, Qui máducat mecum panem, uabit contra me calcaneum ſuũ, Am do dico vobis, prius quàm fiat: vt factum fuerit, credatis, quia ego ſum Amẽ, amẽ dico vobis, qui accipit ſi miſero, me accipit, qui autem me a pit, accipit eum qui me miſit. * 136.

CAP. 135. *Euchariſtiæ inſtitutio. Matth, 26. * 136. Mar, 14. * 136. Luc. 22. * 133.*

S. Matthæus.

COEnátibus autem eis, accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; diſcipulis ſuis, & ait, Accipite, & comedite. hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicẽ, gratias egit: & dedit illis, dicens, bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamẽti, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibá àmodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum, cùm illud bibam vobiſcum nouum in regno patris mei. * 137.

S. Marcus.

ET manducantibus illis, accepit Ieſus panem & benedicẽs fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc eſt corpus meũ. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia iam non bibam de genimine vitis vſque in diem illum cùm illud bibam (nouum) in regno Dei. * 137.

S. Lucas.

ET ait illis, Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ, antequá patiar. Dico enim vobis, q̃a ex hoc nõ máducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. dico enĩ vobis, quòd non bibá de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicẽs, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in meá commemorationẽ. Similiter & calicẽ, poſtquá cœnauit, dicens, Hic eſt calix nouũ teſtamẽtũ in ſanguine meo, q ꝑ vobis fundetur. * 136

S. Iohannes.